



Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

III. An tempus hoc virginti dierum ad optandum currat simul omnibus optare volentibus, an verò singuli, seu unus post alium habeat viginti dies ad optandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

Andr. ab Exea. numero 279. de constitut. & alii p[ar]t[em] sim.

- 7 SECUNDA CONCLUSIO. Poterit † quoq; pe
 Capitulum hoc tempus 20. dierum prorogari: ita te
 net Zerol. in Prax. Epis. verbo, *canonia*, vers. ad 7. alle
 gat Tiraq. de utroq. retr. §. 1. gloss. 10. nu. 58. sed nihil de
 hoc ibi dicit, neque alibi, quod viderim: allegat etiam
 gloss. d. c. fin. verbo, *duntaxat*, sed nec ipsa id dicit: hoc
 sane tenet Jo. An. in repet. d. c. fin. in verbo, *duntaxat*,
 quem ibi sequitur Gemin. & Franc. qui tamen ibi
 tradunt, quod hæc consuetudo, seu statutum indu
 8 cens majus tempus nõ præjudicaret † Apostolicis im
 petrantibus per illum text. nisi consuetudo inducta †
 9 esset post hunc textum, ut ibid. dicunt Gemin. & Franc.
 cum possit induci consuetudo contra illum textum,
 10 & sic præjudicaret etiam impetrantibus, secus † vero
 inquit, est in statuto, nam inferiores non possunt fa
 cere statuta contra jus, *Clem. ne Romani, de elect. cum si
 milibus.*

QUÆRO TERTIO, *An hoc tempore 20. dierum
 currat simul omnibus optare volentibus, an vero singu
 li, seu unus post alium habeat 20. dies ad optandum.*

- 11 Respondeo, currere † omnib. simul, & unicum tem
 pus omnibus dari: ita colligitur ex *Archid. d. c. fin. ad
 fin. sed clare id tenet gloss. in verbo, duntaxat, quam ibi
 sequitur Gem. Franc. & ceteri, nec non & Franc. Mar.
 d. decis. Delphin. 1258. nu. 5. 1. part. Add. ad Rot. d. decis.
 1. numer. 8. de rerum permut. in no. & Tiraq. de retract.
 convent. §. 2. gloss. unic. num. 66. post Oldr. cons. 137. plu
 res sunt, col. 1. vers. 3. videtur Io. An. in Addit. ad Spe
 cul. rubr. de concess. præbend. colum. 1. versicul. Secundo
 videtur. Card. clem. 1. §. secus, quest. 6. de concess. præbend.
 Quæ conclusio probatur primo ex textu, qui dicit in
 plurali volentes, & addit, *duntaxat*: unde satis expressè
 patet de mente Pontificis, quod solos 20. dies omni
 bus concedere voluerit. Secundo ab absurdo; sequere
 tur enim quod si 20. essent canonici, & singulis tribue
 re vellemus 20. dies, jam impetrans Apostolicus debe
 ret*

ret expectare ultra annum, quod est contra mentem,
 & verba textus. Hæ sunt duæ rationes gloss. Tertio
 probatur ex eo, quia † ubi pluribus etiam gradatim 12
 datur aliquod tempus ad aliquid gerendum, illud om-
 nibus simul negligentibus currit, & collective, non
 distributive datum censetur, ut satis patet ex tex. in l. 2.
 §. ult. juncta l. seq. & in l. 4. in princip. ff. de adult. prou-
 clare deducunt id ipsum adstruentes Tiraq. d. gloss. unic.
 num. 61. 66. & 82. Gemin. & Franc. d. c. fin. §. ult. Ex
 quo fit, ut omnibus † consanguineis, quamvis unus al- 13
 teri præferatur, simul currat annus, & dies à statuto
 præstitutus ad redimendum, ut post Bellam. in c. consti-
 tutus, colum. 13. de in integ. restit. optime tradit Tiraq. d.
 num. 66. imo etiam quod mirabile videtur, mensis, qui
 pluribus expectantibus datur, † simul omnib. currit, 14
 ut post Io. An. Zenzel. Paul. Lap. & Card. d. clem. 1. §. se-
 cus, aliosq; quam plurimos late resoluit idem Tiraq. d.
 gloss. unic. num. 83. Quid ergo faciendum, ut omnium
 optare volentium indemnitati consulatur? Statuen-
 dus est per Capitulum terminus † antiquiori duorum 15
 vel trium dierum ad optandum, & sic de singulis, ut hic
 locus detur sequentibus, prout optime consulit gloss. d.
 verbo, dumtaxat, quam ibi sequitur Anchar. & Gemin.
 quod si non curant, ut fiant, sibi imputent optare vo-
 lentes; pro quo optime facit, quod tradunt Jac. Rav.
 Cyn. Alber. & Castr. in l. ult. C. de furt. postie † remotio- 16
 res cōsanguineos cogere proximiores, ut ante annum
 retrahant sibi à statuto præscriptum, quod etiam alii
 tenent apud Tiraq. de retr. lig. §. 1. gloss. 10. num. 6. vel
 optent † & ipsi juniores eodem tempore cum prote- 17
 statione, quod hoc faciunt in casu, quo antiquiores
 non optaverint: ita Butr. d. c. fin. num. 16. ad id allegans
 gloss. in clem. si. verbo, acceptandam, de præb. Præbendas
 vero quas antiquiores dimittere debent, optare in-
 terim poterunt juniores cū protestatione, quatenus ex-
 per antiquiores dimittantur. Pro quo faciunt que sup.
 diximus cap. 4. q. 3. concl. 2. illat. 2. & cap. 5. q. 1. concl. 1.
 Quamquam etiam non est quod querantur juniores,
 dum

dum antiquiores expectant usque ad finem 20. dierum forte ut rectius deliberent; nam & ipsi interim poterunt deliberare.

QUÆRO QUARTO, *An hoc tempus 20. dierum currat à die vacationis, an à die scientiæ ejusdem vacationis, & quomodo?*

- PRIMA CONCLUSIO. Cōmunis opinio est, quod solum currat † à die scientiæ; ita voluit gloss. *d. c. fin. in verbo, 20. dies*, ubi Archid. Jo. An. Gem. Franc. & ceteri omnes. Franc. Marc. *decis. Delphin. 1258. num. 5. 1. part. Add. ad Rot. decis. 1. de rer. permut. in no. Zerol. in Prax. Episc. in verbo, canonica, vers. ad septimum, concl. 2. & Tiraq. de retract. lign. §. 35. gloss. 4. num. 14.* ubi cum multis num. anteceden. & conseq. multa ad id affert similia, & exempla quibus id ipsum comprobari potest, ego illo contentus ero, quod afferunt gloss. & Dd. omnes, *d. c. fin. sumto ex c. quia diversitatem de concess. praben.* ubi tēpus † sex mensium, quod datur Prelatis ad conferendum, declaratur solum currere à die scientiæ, id quod etiam disponitur in *c. licet, de supp. negl. Pralat. & late traditur ibi per Doct. & Tiraq. d. g. 4. numero 7.* Hanc vero conclusionem puto procedere † non modo respectu totius collegii, & Capituli canonicorum, ut illi ignorant non currat hoc tempus, sed etiam singularibus, & aliquibus ex illis, si forte aliis scientibus ipsi ignorent vacationem justa aliqua causa, idque quoniam militat eadem ratio; neq; curare obstabit, quod hoc tempus currat omnibus simul, nam vel id procedit solum, ubi adsit expectans, vel ita capiendum, ut unus post alium illud tempus non habeant singuli.

- SECUNDA CONCLUSIO. Ad hoc, ut currat hoc tempus ad optandum, non sufficit † ficta illa notitia de qua in *clem. unica, §. ceterum, de concess. praben.* quoniam nimirum vacatio sit nota in loco, vel ecclesia beneficii, quicquid voluisse videatur Jo. An. *d. c. fi. in fin. et c.* quia contra eum in specie tenent ibid. Gemin. & Franc. tum quia id aperte colligitur ex gloss. *pen. d. clem. unica* &